





1. *Musei s. Joh. diff. in Epist. ad Romanos Cap. IX. v. 19-23. jenu 1652.*
2. *diff. de vera presentia corporis Christi in S. Coena. jenu 1652.*
3. *diff. II. de natura et definitione Ecclesie. jenu 1655.*
4. *diff. de resurrectione Christi a mortuis, jenu 1653.*
5. *Musei s. petri diff. de Baptismo, Helmst. 1669.*

ΕΥΖΗΤΗΣΙΣ ΠΙ

De admiranda & æterna

SPIRITVS SANCTI  
A PATRE ET FILIO

processione in gratiam Iuuen-  
tutis suscepta

eadem S. ductore

à

CHRISTOPHORO PELARGO

Theol. D. & Profess.

a. d. 3. Non. Quintil.

*In qua respondere pro virili conabitur*

LEONHARTVS HERMANNVS  
TRANSYLVANVS.

Accessit non inelegans nec indocta  
Leontij cuiusdam, hæctenus nondum  
edita huius argumenti tractatio.



FRANCOVRTI

Typis Andree Eichorns.

Anno M. D. XCII.



*Ad Spiritum Sanctum*  
P R E C A T I O  
ex Horologio Græcorum.

**Β**ασιλεῦ ἑραῖε, παράκλητε τῶ πνεύματι ἀληθείας ὁ πάν-  
ταχῶ παρῶν καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὁ Ἰησοῦς τῶν ἀγαθῶν  
καὶ ζωῆς χορηγός, ἔλθε καὶ ἐνοσκήνωσον ἐν ἡμῖν, καὶ καθάρησον  
ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλίδος, καὶ σῶσον ἀγαθῶ, ψυχὰς ἡμῶν.

Ex eodem D. Basilij, ad DEV M.

**Κ**ύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πῶ σὺ εἰρήνην δεδωκώς τοῖς ἀνθρώποις  
καὶ πῶ ἁγίος πνεύματι δωρεὰν τοῖς σοῖς μαθη-  
ταῖς καὶ ἀποστόλοις καταπέμφας, καὶ τὰ τῶν χείλη ἐκ πνεύ-  
ματων γλωσσῶν διανοίξας διδάμεισθαι, διανοίξον καὶ ἡμῶν τῶν ἀ-  
μαρτωλῶν τὰ χείλη, καὶ διδάξον ἡμᾶς πῶς δεῖ καὶ ὑπερῶν καὶ  
προσέχεσθαι. κυβέρησον ἡμῶν πῶ ζωῆν ὁ ὄντι τῶν χειμα-  
ζομένων λιμῶν, καὶ γνώρησον ἡμῖν ὁδὸν ἐν ἣ προβύσμεθα. πνεῦ-  
μα ὁ θεὸς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἡμῶν, καὶ πνεύματι ἡγε-  
μονικῶ τὸ τῆς διανοίας ἡμῶν σῆριξον ὀλιθηρὸν, ἵνα καθ' ἐκά-  
στῃ ἡμέρῃ τῶ πνεύματι σε τῶ ἀγαθῶ πρὸς τὸ συμφέρον ὁδη-  
γῆμεν κατὰ τὰς ἐπιτάξεις σου, καὶ τῆς ἀειμνημο-  
νεύειν ἔνδοξον καὶ ἐρρητικής τῶν πεπεταγμένων ἡμῖν τοῖς ἀν-  
θρώποις παρυσίας, καὶ μὴ τοῖς φθειρομένοις ἐ κόσμῳ τέττε συν-  
επατάσθαι ἱερπνοῖς, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ὀρέγεσθαι τῆς ἀπο-  
λαύσεως ἐνίσχυσον Ἰησοῦν. ὁ πῶ ὄλογοτος καὶ ἀνετός ὑπάρχεις  
ἐν πᾶσι τοῖς ἀγίοις σε, εἰς τὸς αἰῶνας τῶν αἰῶνων, ἀμήν.

## THESIS I,



*V*m Ecclesia articulum fidei nostra de Spiritu Sācto, hac etiā anni parte explicare soleat opera precium existimauimus συνθεολογῆν: Una de Spiritus ille  $\Theta$  a quo procedat: ac idcirco Inuentuti, qua de processione Spiritus sancti, vel olim mota, vel hodie inter Gracos  $\Theta$  Latinos nonnunquam moueantur, paucis monstrare visum est: non solum propter Armenos, Gracos, Ruthenos, Moscos, sed ipsos quoq; Arianos tam veteres quam recentiores: e quibus Gentilis essentiatorem, ut loquitur Spiritus, Filium negat.

### II.

Initio autem tenendum, tres in diuinitate sancta hypostases proprietatibus suis characteristicis, ita discerni: ut Patri quidem ἀγεννησία, Filio γέννησις, Spiritui Sancto ἐκπόρευσις tribuatur, obseruato nempe aliquo quoad originem, nullo quoad essentiam, ordine.

### III.

Ἐκπόρευσις ista, quam essentia emanationem Latini vocant proprietatis personalis  $\Theta$  eterna est,

A 2

lib. I. cap. 10.  
orb. fid.

est, qua à Patre & Filio, tanquam *καθεκτικῆς*  
*τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀδιαιρέτως* iuxta Damascenum di-  
scernitur Spiritus Sanctus, & eiusdem simul essen-  
tia ac maiestatis cum reliquis personis clarissimè  
hinc euincitur.

IV.

In orat. de  
Spiritu S.

Ea sicut & aeterna filij generatio, planè ine-  
narrabilis & admirabilis est: ut rectè Nazian-  
zenum dixisse statuamus: τίς ἐν ἡ ἐκπόρθεσις, εἰπέ σὺ τὴν  
*ἀφρησίαν* & πατρὸς, καὶ γὰρ τὴν φύνησιν & ἡς φυσιολογήσω, καὶ  
τὴν ἐκπόρθεσιν & σώματῳ, καὶ παρακλητικῆσιν ἀμφω εἰς  
*θεῶν μυστήρια ἀποκύπτοντες.* Quanam est igitur illa  
processio? tu mihi proprietatem illam Patris edis-  
cere, qua generationis expers est, & ego tibi rati-  
onem generationis filij ac processionem Spiritus  
explicabo, quo fiet, ut ambo deliremus introspe-  
ctantes ad DEI mysteria.

V.

Dn. Philippus intueri iubet imaginem DEI  
in homine in quo mēs est seu substantia anima: de-  
inde cogitatio rerum qua cogitantur imago; tertio  
verbum: ac cogitationem sequuntur in volun-  
tate & corde motus siue agitationes: sicut Matt:  
15. v. 18. τὰ ἐκπόρθῶντα ἐκ τῆς σώματῳ, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρ-  
χεσθαι dicuntur. Ita enim Spiritus sanctus agitatio  
quaedam est minimè euanesceus, reflexio volunta-  
tis &

tis & dilectionis in Patre & Filio: quamobrem  
& verba apud Hebraeos non sunt dissona רוח re-  
spirare, siue auram captare dilatando, רוח efflare  
ventum & רוח agitari, motari.

VI.

Sed cauendum, ne quae singularia sunt, exem-  
plis non tam illustremus, quam contaminemus,  
λίαν ὃ αἰχρὸν, καὶ ἐκ αἰχρὸν μόνον ἀλλὰ καὶ μάταιον Ἰπια-  
κῶς, ἐκ τῶν κάτω τῶν ἄνω τὴν εἰκασίαν λαμβάνειν, autore  
Nazianzeno, quod sic redditur: perquam turpe  
fuerit, ac non turpè modo, sed vehementer etiam  
stultum, ex rebus inferis superarum imaginem su-  
mere.

VII.

Processio ista Spiritus Sancti solius est: quam-  
uis Filio nonnunquam tribui legatur, qui etiam à  
Patre procedit, sed per modum intellectus, qui rei  
intellectæ similitudinem refert, ut locuti sunt Thom.  
Scholastici: non per modum voluntatis, quæ rem part. 1.  
intellectam amat & amplectitur, quomodo Spiritus sanctus procedere dicitur: distinctio fortè Græ-  
corum melior est, inter τὸ ἐξελθεῖν & ἐκπορεύεσθαι, il-  
lud frequentius Christo, hoc Spiritui sancto assi-  
gnatum. quaest. 27.

VIII.

Quæstio autem principalis hic occurrit: v-  
trum

A 3

trum

trum à Patre tantum, num à Patre Filioq, simul procedat Spiritus sanctus. Vtriusq, sententia exiterunt defensores, istius Græci, huius Latini, & omnes hodie Apostolica germane Romane Ecclesie doctores.

IX.

Cyrillus in epist. 6. Synodica.

August. de heresib. c. 2. Basil. lib. 2. cont. Eun. Socr. lib. 2. c. 28. Soz. lib. 4. c. 22.

Inter Græcos primus putatur fuisse Theodoretus, cum iis, qui Nestorio post alia affirmanti Spiritum sanctum non habere suam subsistentiam à Filio, sed à solo Patre, animis subscripsere. Macedonius erroris huiusce autor ideo non credendus, quod cum Arianis κτίσμα potius contendebat esse Spiritum, & dissentientium, impetratis ab Imperatore militum copiis, non ex Dialecticorum locis, sed ex carnificum officinis (quod ait Hieronimus) soluebat argumenta.

X.

Anno 1439. vide 3. 1. Concil. 8. Syn. gener.

Postea, circa annum Christi 1340 Græcorum cum Latinis, ante Ferrariensem & Florentinam Synodum, qua compositi sunt, concertatio fuit aperta: sicut ex Theophylacto constare potest, qui in tertium caput Ioannis, Latinos deliros & peruersos nominare non veretur. οὐδ, inquit, λατῖνοι, κακῶς πάντα ἐκδεχόμενοι, καὶ παρενοῶντες φασὶν, ὅτι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται. & post longam disceptationem, quid sentiendum sit, monet: πίστευε σὺ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἰδὲ προϊέναι, δι' υἱοῦ δὲ χορηγεῖσθαι τῆ κτίσει, καὶ ἔτθ



ἔσαι σοὶ κερὶν ὁρθοδοξίας: *Disce tu, Spiritum à Patre procedere, Per Filium verò suppeditari creatura, & hic tibi verà doctrinæ Canon erit.*

XI.

*Græcorum argumenta, partim è sacris ducta, partim è doctoribus allata, partim rationibus firmata videas.*

XII.

*Scripturæ loca, quibus utuntur, sunt ferè: quod Christus missurum se promisit Spiritum veritatis, ὁ πατὴρ δὲ πατρὸς ἐκπορεύεται, qui à Patre procedit. quod <sup>Ioan. 15. 26.</sup> <sup>Tit. 3. 5. 6.</sup> Apostolus DEVM dicit effudisse in nos Spiritum sanctum copiosè PER Iesum Christum saluatorem nostrum. Christus ipse ἐπαγγελίαν, siue <sup>Luc. 24. 49.</sup> promissum Patris vocat: Petrus Christum dextra DEI exaltatum, & promissum Spiritum sanctum accepisse à patre, & effudisse dicit: & quæ <sup>Act. 2. 33.</sup> sunt his similia.*

XIII.

*Ecclesiæ Doctores, quorum patrocinium sibi sperant paratum, sunt Dionysius Areopagita, qui c. 2. de diuinis nominibus, solum fontem ὑπερσείας θεότητος patrem vocat: Athanasius, cuius verba ex epistola ad Serapionem citantur: εἰ καλῶς ἐφρόνεν περὶ τῆς ἡσυχίας αὐτὸς ἐφρόνεν καὶ περὶ τῆς πνεύματος, ὁ πατὴρ δὲ πατρὸς ἐκπορεύεται καὶ τὸ ἡσυχίον ἐστὶ, ὅτι πάντες αὐτὸς δίδοται τοῖς μαθηταῖς. Si rectè de filio sentirent, etiam de Spiritu sana saperent, qui à patre procedit, & filij proprius est, quia ab ipso datur discipulis.*

*Nas*

οἱ τὰς αἰ-  
γοῦσι ἐπιδη-  
μήσαντας.

Nazianzenus, cuius in oratione ad Episcopos  
Ægyptios verba: Omnia quæ habet pater, habet  
etiã Filius, excepta causalitate: πάντα ὅσα ἔχει ὁ πα-  
τήρ ἢ ἡ εἶσι, πλὴν τῆς αἰτίας.

Damascenus lib. i. c. ii. Spiritum PER filium  
esse dicimus, ex Filio non dicimus: τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἁ-  
γίον καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγομεν, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν  
ἐκ τοῦ ἡ εἶσι δὲ τὸ πνεῦμα ἢ λέγομεν.

Theophylacti locum supra adduximus.

Et plura sunt patrum citata testimonia in al-  
tero Patriarchæ Constantinopolitani ad confessio-  
nem Augustanam responso.

#### XIV.

Rationes insuper proferunt huiusmodi;

1. Quod unum ab uno duntaxat principio, non  
à duobus proveniat: ideoq; Spiritum sanctum, ut  
qui unus est, ab una etiam Patris spiratione, non  
duabus procedere.

2. Quod cum sufficiens sit Spiritus principium  
et causa pater nec egeat auxilio aut adiumento,  
non oporteat Spiritum usam nominare etiam  
Filius.

3. Ἄτοπον nescio quale con-  
cedatur: quod, si à Filio  
procedat quoq; Spiritus, maiorem Filij quam Spi-  
ritus cum patre similitudinem et equalitatem  
esse oporteat, eò quod Filius spirare cum Patre spi-  
rante,

rante, Spiritus autem non generare cum patre ge-  
nerante dicatur. XV.

Verum cum non sit arduum Græcis occur-  
rere, ac planum in scriptura testimonio ab ipsis August. lib. 3.  
contra Max.  
Filiū sed ut principalis autor Spiritus sancti cap. 14.  
ἐν τῆς θεότητος ostendatur: Patrum quoque dictis  
non negetur à Filio Spiritus processio, sed affirme-  
tur saltem ea quæ est à patre, quæque tacite infert  
alteram (si modò dicere ita fas est, cum una  $\Theta$  e-  
adem sit Spiritus à Patre  $\Theta$  Filio tanquam ab u-  
no principio vel ab uno συνδυαζόμενον processio) rati-  
ones item impingant in Elenchum non causa ut  
causa: idcirco Latinorum expendenda est de in-  
ceps κατασκευάζει ex scriptura, Ecclesiæ doctoribus i-  
psisque Synodis paucis deducta.

XVI.

Ac præcipuo loco ponimus has sacrarum lite-  
rarum voces: Ego  $\Theta$  pater unum sumus. Quib. Ioan 10. 30.  
17. 22.  
verbis Filius non consensionem modò sed essenti-  
am quoque suam cum patre eandem docuit, expli-  
cantibus ὁμοφώνως orthodoxis: unde firma colle-  
ctio: Quia ratione ἐστίας Filius  $\Theta$  pater unum  
sunt,  $\Theta$  origine Filius Spiritu prior est, ex utri-  
usque, patris nempe  $\Theta$  Filij substantiâ Spiritum  
procedere oportet. B Tua,

Ioan. 16. 15. 2. *Tua, inquit Filius ad patrem, mea sunt:*  
& 17. 10.

Quicquid ergo patris est, excepta sola generatione, aut potius *ἀπονοία*, id etiam esse Filij affirmandum: ac proinde, ut patris est producere; ita idem hoc erit Filij: quo argumento pugnat Ambrosius lib. 2. de S. S. c. 12.

Ἐπιπέρις  
ὅτι siue διὰ  
Ἐὐσέβ. 8.

Ioan. 20. 22.  
lib. 2.  
de Trinit.

3. Christus insufflauit Spiritum discipulis; quod processionis eiusdem à Filio argumentum euidentis est: missio enim & processio temporalis presupponit eternam. Vnde August. Flatus ille corporeus, substantia S. S. non dicitur, sed demonstratio per congruam significationem, non tantum à patre, sed etiam à Filio procedere Spiritum sanctum.

4. Christus misit Spiritum: Ego, inquit mittam vobis, tanquam *αἰτίον*, causa & principium. Quia enim omnis missio est aut per imperium, quomodo mittuntur à Dominis serui, aut per consilium: ut mitti dicuntur à superioribus instructi: aut per naturalem productionem, quomodo arbores mittere vel emittere flores, radices dicuntur: Spiritus autem mitti non potuit à Christo, ut seruus: nec ut ignorans à sapientiore, eiusdem enim omniscientia est cum Filio, (quicquid contra sensisse aliquando visus est Eusebius, qui ignorasse natiuitatem Christi, Spiritum illum consilij & intelli-

intelligentia admodum inconsideratè opinatus est). per productionem itaq; internam & aternam solum mitti potuit.

5. Christi appellatur Spiritus non uno loco. Eius verò spiritus est, unde spiratur. E. & S.S. refer-  
tur tanquam πνεύμα καὶ αἰτιατὸν πρὸς θεογονεα καὶ αἰτίου, ad spirantem Filium. Quod argumentum tantifecit Augustinus, ut hoc solo propemodum contentus fuisse videatur ad probandam Spiritus à Patre & FILIO processionem.

6. De Meo accipiet & annunciabit vobis, ait Salvator de Spiritu. Id verò ne quis de scientia solum intelligat, sed essentia quoq;, quam semper accipit à Filio, ut huius loci optimus interpres est Epiphanius, καὶ σαβελιτιανῶν. Quæcumq; enim persona in diuinis ab alia quid accipit, καὶ τὸ εἰωτῆς αὐτοῦ accipere intelligatur. & rectè Beda. à quo illi est essentia, ab illo utiq; & scientia.

### XVII.

Sufficere poterant textus sacri, ne ad antiquitatis respiceremus consensum. Sed illum tamen animaduvertere etiam ex paucis his licet. Athanasius in epistola ad Serap. Quod si, inquit, filius, quia ex DEO & Patre est, proprius ipsius substantia est, necesse est & Spiritum, quia ex

B 2

DEO

DEO esse dicitur, proprium esse filij secundum substantiam. Basil. lib. 3. contra Eunom. Dignitate ipsum secundum a Filio, (cum ab ipso ESSE habeat, & omnino ab illa causa dependeat,) pietatis ratio tradit: naturam vero tertium, utiq; neq; ex S. scripturis didicimus, neq; ex predictis colligi potest. αξιώματι μὲν γὰρ δεύτερον ἔστι ἢ παραδιδωσθῆναι ἴσως ὁ τῆς θεοθείας λόγος, φύσις δὲ τῆς τριτηγενῆς, ἕτερον παρὰ τῶν ἁγίων γεγραμῶν δεδιδαγμένον ἔστι ἐκ τῶν περιηρημένων καὶ τὸ ἀκόλαστον συλλογισάμεθα.

homil. 1 & 2.  
de Symbol.

Chrysostomus magis perspicue, Iste est inquit Spiritus, de Patre & Filio procedens.

lib. 13. The.  
sauri. c. 1.

Cyrillus, necesse ait omnino confiteri, Spiritum sanctum, ex substantia Patris & Filij esse, totamq; ipsius virtutem & operationem habere.

lib. 3. cont.  
ber 74.

Πνεύματος  
μάχων.

Ita Epiphanius, πνεῦμα ἅγιον αἰεὶ ἔστι φωνητὸν, ἔστι κτιστὸν, ἔστι σὺν ἀδελφόν, ἔστι πατέρα, ἔστι ἐγγόνον, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰσότητος αὐτῆς πατρὸς καὶ υἱοῦ.

lib. 2. de fide  
ad Petr. Diac.  
homil. 26. in  
Euangel.

Fulgentium, Gregorium, Bedam, & his antiquiorem Augustinum cum nemo dubitet affirmasse idem quod Latinos a Grecis dissentientes, prolixum foret producere, quos signatis, qui volet, locis consulat.

in sum. asti.  
ual. de temp.  
l. 15. de Trin.

c. 16. 17. 27.  
tract. 99. in  
Ioan. & c.

XVIII.

Quid de concilijs dicam? In Nicana quidem Synodo, expressum nihil de Spiritus sancti processione:

sione: nec enim perfecte ibi tradita est doctrina de Spiritu sancto, de quo nondum exorta erat questio.

ἰδιωτῶς εἰρημῶν ἐκείνοις περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τὸ μηδὲ κενῆ ὁδοῦ τὴν καὶ τῆς τῆς ζητήμα, scribit Nazianzenus. epist 2. ad Cleodonium.

Constantinopolitanū conciliū Symbolo addidit, Qui ex Patre procedit, non enim de Filio dubitabatur, cuius *δημιουργία* siue creaturam quandam, Spiritum dicebant heretici, sed de Patre.

Basil. lib. 2. cont. Eun.

Verum in concilio Alexandrino ad Nestorium Cyrillus verba hæc scripsit: Spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est: unde & ab isto similiter sicut ex Patre procedit. In florentino disputatum hac de re graviter, & ostensum deniq; Latinos verè & rectè quod Spiritus à Patre & Filio procedat, docere, quod Lugdunensi, Lateranensi, & alijs quibusdam comprobatum quoq; fuisse legimus.

Anno 1439.

Sub Greg. X. 15. an. 15.

XIX.

Rationibus præterea multis pugnant Thomas & Anselmus, quas non improbamus quidem, sed hoc tamen loco non necessarias ducimus.

quest. 10. de potent. art 4. in lib. de S. S.

XX.

Ex quibus omnibus manifestissimum est, nostram de Spiritu sancto confessionem, quod procedat à Patre & Filio veram, rectam in sacris fun-

datam in Ecclesia usitatam, & contra omniū ob-  
iecta publicè defensam esse, deinceps, sine impietas  
summa nota neutiquam ulli dimittendam.  
Græcos verò, in primis recentiores sine causa evi-  
denti eam impugnare & negare, quorum fides &  
scriptis publicè editis plenius cuiq; constabit.

### Quæstiones.

#### I.

An tantum λογομαχία fuerit in Ecclesia Græca  
& Latina, ob particulas ἐκ καὶ διὰ: & num satis sit Græ-  
cos propterea retinuisse vocem διὰ Per Filium, vt de-  
notarent relationem ad Patrem, Filijq; cum Patre ὁμο-  
σίου: ac idcirco negarent ex ipsa substantia Patris *filij*  
procedere Spiritum?

#### II.

Numquid componi etiam dissidium possit, mon-  
strata ambiguitate Latini verbi procedere, quod apud  
Græcos per τὸ περιέναι καὶ ἐκπορεύεσθαι efferi potest, vt  
sequens monebit expositio?







Quid de  
**SPIRITVS**  
**SANCTI**  
Processione

*à Patre & Filio, quidam Græci  
hodie sentiant,*

**NON INDOCTA LEONTII**  
cujusdam Monachi Græci  
dissertatio,

*quam exhibuit*

**DEMETRIVS LARISSAE**  
in Thessaliæ *ἱεροπόλει.*

*In gratiam Iuventutis nunc  
primum edita.*

**ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ**  
 ἐν ἱερομονάχοις κυρίως Λεον-  
 τίου ἀπολογία πρὸς τίνα θε-  
 ολόγον Λατίνου μεμφομένην  
 ἡμῖν, ὡς μὴ εἰδόντι ἀκριβῶς.  
 τὰ τῶν πατέρων κρίνειν συγ-  
 γραμμάτων καὶ διὰ τῆτο  
 σφάλματος πρὸς τὴν ἀλη-  
 θεϊαν τῆς ἐκπόρευσεως  
 τοῦ πνεύματος.

**Σ**ημείωσα, ὅτι διχῶς νοεῖ-  
 ται ἡ ἁγία πνεύμα-  
 τος προέοδος. ἢ μὴ γὰρ ἐστὶν  
 ἀχρονος καὶ αἰδίου, ἢ δὲ χρο-  
 νική καὶ αἰδίου διαφόρου μὴ  
 τοιτρόπω, ὡν ἡ μὴ ἀχρονος  
 καὶ αἰδίου, ἢ πρὸς καὶ ἐκπόρευ-  
 σις παρὰ γρηκοῖς λέγεται  
 κυριώτερον, παρὰ τῶν πα-  
 τρῶν μόνων, ἔχει τὸ εἶναι,  
 καθὼς πηγὴ τῆς θεότητος.  
 αὐτὸς ἐστὶν ὁ πατήρ, ὅς  
 καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς ὑπόστασις καὶ  
 ὑπόστασις ἐκπορεύεται τὸ  
 πνεῦμα, (ὃ καὶ αὐτὸ αὐ-  
 τεξυσίως παρὰ αὐτῆς ἐκπο-  
 ρεύεται) καὶ γινῶσκει τὸν υἱόν  
 (ὅς καὶ αὐτὸς αὐτεξυσίως  
 γινῶσκει ἐξ αὐτῆς.) ὅθεν ἡ  
 τοιαύτη προέοδος κατ' ἐπί-  
 σταν λέ-

**SAPIENTISSIMI**  
 inter sacros Monachos D.  
 Leontij defensio aduersus  
 Theologum quendam Lati-  
 num, reprehendentem nos  
 (Græcos) ac si nesciamus  
 accuratè de scriptis Patrū  
 iudicare, & propterea aber-  
 rare à veritate processio-  
 nis Spiritus sancti.

**N**otabis, duplicem intel-  
 ligi Spiritus sancti pro-  
 gressionē. Vna ex pers tē-  
 poris & æterna, altera tem-  
 poralis & æterna, diuerso  
 quidem modo. Illa quæ ex-  
 ors temporis & æterna est,  
 quæ magis propriè apud  
 Græcos ἐκπόρευσις seu pro-  
 cessio dicitur, à Patre solo  
 esse habet, iuxta quod fons  
 diuinitatis ipse est Pater, ex  
 cuius essentia & hypostasi  
 procedit Spiritus, sed αὐτε-  
 ξυσίως hoc est libera pote-  
 state ab ipso emittitur,) qui  
 filium (qui ipse etiam libe-  
 ra voluntate gignitur ab ip-  
 so) gignit. Vnde talis  
 progressio secundum esse  
 sentiam

αι λέγεται καὶ ὁ πατὴρ μό-  
νος ἰδίᾳ.

Κεῖθω δὲ παρὰδειγμα ὁ  
λόγος, καὶ νοερόν τι λημμάτιον.  
ὅτι κινεμένης τῆς ὑποστάσε-  
ως ὁ νοός, λαμβάνει ὁ λό-  
γος καὶ τὸ πνεῦμα τῷ ἑαυ-  
τῷ ὑπόστασιν ἰδίως ἕκαστον, καὶ  
αὐτὸς τῶν νοός καὶ ὁ λόγος  
κινεμένης καὶ τῷ ἀμφοτέρων  
κίνησιν προέρχεται καὶ ἐξ ἀμ-  
φοτέρων τὸ πνεῦμα ἠνωμέ-  
ως δι' ὅλης τῆς ἑσσίας ὁ λό-  
γος.

Ὅτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς ἁ-  
γίας τριάδος. ἐπεὶ γὰρ ὁ νοός  
ἀναλογεῖ τῷ θεῷ καὶ πατρί.  
τῷ ὄντι πηγῇ καὶ ἀρχῇ τῆς θε-  
ότητος κινεμένης τῆς ὑπο-  
στάσεως ὁ πατὴρ, λαμβάνει  
σι τὸ ἑαυτῶν εἶναι, ἥτοι τῷ ἑ-  
αυτῷ ὑπόστασιν, ἰδίως ἕκα-  
στον, ὅτε υἱός, καὶ τὸ πνεῦμα ἁ-  
μα, ὁ μὲν υἱός, γνητῶς, τὸ δὲ  
πνεῦμα ἐκπροβύτως κινεμέ-  
νων δὲ αὐτὸς ὁ πατὴρ, καὶ ὁ  
υἱὸς ἐνεργητικῶς προέσι τὸ  
πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐξ ἀμ-  
φοτέρων πρὸς τῷ τῆς κτίσε-  
ως βελτίωσιν, δι' ὅλης τῆς ἑ-  
σσίας ὁ

sentiam appellatur & Pa-  
tris solius propria.

Ponamus exempli gra-  
tia intellectu facilem sumti  
unculam. Quando essentia  
intellectus mouetur, & ra-  
tio & Spiritus suā quodam  
accipit essentiam, Rursum  
intellectu & ratione mota,  
ad utriusque motum prove-  
nit, & ex utrisque Spiritus  
coniunctim per totam es-  
sentiam rationis.

Sic etiam in Sancta Tris-  
nitate: Quia enim intelle-  
ctus confertur DEO &  
Patri, qui reuera fons &  
principium est diuinitatis,  
hypostasi Patris mota, acci-  
piunt essentiam suam aut  
hypostasin quiscumque suam, Fi-  
lius nempe & Spiritus, sed  
filius generatione! Spiritus  
sanctus processione. Rur-  
sum Patre & filio motis ef-  
ficaciter, progreditur Spi-  
ritus sanctus, & ex ambo-  
bus ad creaturæ nobiliorē  
constitutionem, filio per  
C totam

σίας ἔχουσιν ἢ ἠνωμένους. Θατέ-  
ρα δὲ χρονική καὶ αἰδίως λε-  
γεται πρὸς ὁδόν, ἢ κατ' ἐνέρ-  
γειαν, ὡς ἐν τῷ παραδείγμα-  
τι ἐφημερῶν, ἢ τις ἐστὶ κοινή πα-  
τρός καὶ υἱός, ἢ τις καθ' ἑαυτὸν  
ἀχρονός καὶ αἰδίως καὶ κατ'  
αὐτήν καὶ γὰρ μὴ δήποτε καὶ ἢ τῆς  
θεότητος φύσις μὴ ἐνεργεί-  
σαι. ἀλλ' ἀχρόνως καὶ αἰδίως  
ἐνεργεῖ μήτε ἀξαρμένη μή-  
τε παυσαρμένη. διὰ δὲ τὴν  
πρὸς ἡμᾶς ἀπόβλεψιν, καὶ  
πρὸς ἡμᾶς ἀποβλέψιν, καὶ  
πρὸς ἡμᾶς ἀποβλέψιν, οἱ τινες ἐσμεν  
ἐν χρόνῳ, χρονική καὶ τὸτ' λε-  
γεται καὶ ἐκ πατρός καὶ υἱός αἰδί-  
ως γινώσκειται, ἢ τοὺς ἀρχαίους  
καὶ ἀρχαίους, αὐτοῖς.  
ὡς δὲ δύο ἑσῶν πρὸς ὁδόν ἔ-  
χουσιν ἀνδράματ' ἢ καὶ μία  
λέγεται ἐκπόρδσις καθ' ἑαυ-  
τὴν λαμβάνει τὸ ἑαυτὴν εἶναι ἐκ  
μόνης ἑ πατρός, καὶ ἢ τὸτ'  
μηδεμίαν ἔχει κοινότητα  
πρὸς τὸν υἱόν, ὡς περὶ μηδὲ  
ὁ υἱὸς ἐν τῷ γινώσκειται μη-  
δεμίαν ἔχει κοινότητα αἰ-  
σποτάσις, ἵνα μὴ εἴη γινώ-  
σησις καὶ ἐκπόρδσις τὸ αὐ-  
τὸ. ἢ δὲ εἰτέρα λέγεται πρὸ-  
ς ὁδόν.

totam essentiam vnito. Al-  
tera progressio temporalis  
& aeterna dicitur, siue ope-  
rationis, velut in exemplo  
diximus, quæ pariter à Pa-  
tre & Filio est, quæ per se  
etiam tempore caret, & æ-  
terna est: siquidem diuina  
natura nunquam non ope-  
ratur: vt quæ efficax est si-  
ne tempore & perpetuo  
neque initium neque finem ha-  
bens. Sed nostri respectu,  
quod propter nostram vi-  
delicet profectiorem, qui  
in tempore sumus fit; tem-  
poralis propterea dicitur,  
& ex Patre & filio perpe-  
tuò cognoscitur, absque prin-  
cipio simul & coæterna. Vt  
ita cum duæ sint Spiritus  
Sancti progressiones: vna  
quidem dicatur ἐκπόρδσις  
processio, iuxta quam es-  
sentiam suam habet à solo  
Patre: & hac ratione cum  
filio nihil commune habet:  
quemadmodum nec filius  
qua proprietatem hanc,  
(nasci à Patre) nec enim  
personæ hoc modo com-  
muni-

οδὲ καθ' ἑαυτὴν λαμβάνει  
τὸ ἐνεργεῖν τὸ πνεῦμα τὸ  
ἅγιον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ,  
πρὸς τὸ ἀγιάζειν καὶ φω-  
τίζειν καὶ τελιοῦν τὰ ἀτε-  
λῆ κτίσματα ἧτις δι κοινῆ  
ἐστὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἀναγκασθῆναι  
γὰρ αὐτὸ εἰρητεύει. καὶ γὰρ ἐν τῷ  
ἐνεργεῖν τὸ πνεῦμα λό-  
γῳ καὶ νόημα δηλεῖται,  
ἄρα καὶ ἐξ ἀμφοτέρων  
τῶν δηλωθέντων προήλ-  
θεν. ὥστε τὸ ἐνεργεῖν μὲν  
λαμβάνει ἐξ ἀμφοτέρων  
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. πλὴν  
δὲ ἑαυτῶν ὑπόστασιν ἐκ  
μόνου ἑ πατρὸς. λέγεται  
δὲ τὸ πνεῦμα εἶναι ἑ υἱοῦ,  
καὶ τὸν μακάριον Παῦλον  
λέγοντα: ὅταν ἐξαπέστειλεν  
ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα ἑ υἱοῦ  
αὐτοῦ, καὶ αὐτοῦ, καὶ τὸν  
ἅγιον ἀθανάσιον, ὅτι προ-  
ῆσαν ἐκ ἑ υἱοῦ ὡς περ ἀμεί-  
λει καὶ ἐκ ἑ πατρὸς ἵνα  
δείκνυται τὸ ὁμοῦσιον ὃ ἔχει  
πρὸς τὸν πατέρα καὶ πρὸς  
τὸν υἱόν. λέγεται δὲ ἐκπο-  
ρεύεσθαι ἐκ μόνου ἑ πα-  
τρὸς, ἵνα δείκνυται ὁ πα-  
τὴρ εἶναι πηγὴ καὶ ρίζα τῆς  
γενήσεως

communiant inter se: ne nati-  
uitas sit eadē quæ proces-  
sio. Altera autem *προόδῳ*  
progressio vocatur, qua o-  
perandi vim à Patre & Fi-  
lio accipit Spiritus ad San-  
ctificandum, illuminandū  
& perficiendū imperfectas  
res creatas, & hæc à Patre  
& filio communiter admit-  
titur. Idquod necessariū o-  
mnino est. Si enim in ope-  
ratione Spiritus, & ratio &  
intellectus significatur: uti-  
quæ ex ambobus quæ expri-  
muntur ille provenit, ut o-  
perationem quidem ab u-  
troque Spiritus sanctus reci-  
piat: existentiam autem su-  
am à solo Patre. Dicitur autē  
Spiritus Filij iuxta beatum  
Paulum dicentem: quando  
misit DEVS Spiritum Fi-  
lij sui, & iterum: iuxta san-  
ctum Athanasium, quia pro-  
greditur à filio, quemadmo-  
dum nempe etiā ex Patre:  
ut eiusdem essentiæ ostens-  
datur cum Patre & Filio, &  
à solo Patre procedere di-  
citur; ut ostendatur Pater  
C 2 fons

ἡννήσεως ἔχῃ καὶ τῆς ἐκπο-  
ρεύσεως ἔκ τῶν ματῶν.

Τι οὖν ἄρα τὸ παράξον  
ἑλληνικῆς καὶ λατίνικης; ὅτι ἡ  
λέξις ἔκ προόδου, ἐστὶν ὁ-  
μώνυμος καὶ σημαίνει πα-  
τέρα τοῖς λατίνων θεολόγοις  
ποτὲ μὲν τὴν ἐκ πατρὸς μό-  
νην ἔκ τῶν ματῶν πρὸς  
ἄλλους. ποτὲ δὲ τὴν κοινὴν  
ἐκ αὐτῶν. πρὸς δὲ τοῖς ἑλλη-  
νικοῖς ἡ λέξις ἔκ προέ-  
δου ἔδειται σημαίνει τὴν  
κατ' ἐνέργειαν πρὸς ἄλλους  
ἐξ ἀμφοῖν γεννηθῆναι, ἀλ-  
λὰ μόνον τὴν ἰδικὴν τὴν  
ἀπὸ τῆς πατρὸς. ἡ δὲ λέξις  
τῆς προόδου σημαίνει καὶ ἀμ-  
φοτέρωθεν. ἀλλ' ὅταν μὲν  
σημαίνει τὴν ἰδικὴν τῆς πα-  
τρὸς, τότε τίεται μὲν μόνον τῆς  
πατρὸς ἐν τοῖς συγγράμμασι  
τῶν πατέρων, καθάπερ ὁ  
τῆς ναζιανζῆς ἑξηγήσει. ὅτι  
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ  
προεῖον ἐκ τῆς πατρὸς. ὅταν  
δὲ σημαίνει τὴν κοινὴν, τότε τί-  
εται μὲν ἀμφοτέρωθεν τῶν  
προσώπων, ὡς πρὸς προείπο-  
μεν καὶ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον,  
εἴτε καὶ

fontis & radix natiuitatis fi-  
lij processionisq; Spiritus.

Quid igitur est, quod  
Græcos & Latinos turbat?  
quia dictio Latina procede-  
re anceps est, & apud Lati-  
nos Theologos significat,  
quandoq; solam, quæ ex Pa-  
tre est Spiritus progressio-  
nē: quandoq; quæ ab utroq;  
est communē. Apud Græ-  
cos autem verbum ἐκ προέ-  
δου, nunquam significat  
progressionem iuxta o-  
perationem ab utrisq; pro-  
manantem. Sed propriam  
illam quæ est à Patre. At  
dictio προόδου utrumq; si-  
gnificat. Et quando pro  
processione, quæ ex Patre  
vsurpatur, ponitur cum sola  
voce Patris in scriptis Pa-  
trum: velut apud Gregori-  
um Nazianzenum. Spiritus  
sanctus qui progreditur  
(hoc est procedit) à Patre.  
Quando vero pro  
communi (progressione) cum  
utraq; persona ponitur, ut  
& ante diximus: iuxta A-  
thanasium illum magnum,  
aut

εἶπε καὶ τὸν Κύριλλον, ὅς φη-  
σιν ὅτι ἐκχεῖται ἐκ πατρὸς καὶ  
υἱῶν: καὶ σχεδὸν τὸ περιέναι,  
καὶ τὸ προκεδῆσαι, τὴν αὐτὴν  
ἔχουσι διῶαμιν. ὡς δὲ ταῦθ'  
ἔτι ἔχει, δῆλον τοῖς ἀπα-  
θῶς ἀγρομέτοις κείναι τὰ  
τῶν πατέρων συγγράμμα-  
τα. ὅταν οὖν ἡμεῖς τὴν τῆς  
προκεδῆσαι λέξιν, αὐτὴ τῆς  
προόδου ἐκλαμβανώμεθα, ἔ-  
δεν κωλύει λέγειν, τὸ πνεῦ-  
μα ἐκ τῆς πατρὸς καὶ ἐκ τῆς  
υἱῶν, ἀλλ' ἀναγκασίον μάλι-  
στα τῆτο λέγειν. Ὅ μὲν  
ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ λέγειν ἡμᾶς  
ἐκ τῆς πατρὸς καὶ ἐκ τῆς υἱῶν  
περιέναι ἔδεν ἦτον τὸν υἱὸν  
τῆς χορηγίας τῆς πνεύμα-  
τος νοσῶν ἀπὸν ἢ τὸν πα-  
τέρα. καθάπερ ἐν τῷ περὶ δι-  
αφορῆς καὶ ὑποστάσεως  
πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γρηγόρι-  
ον Ἐπιστολῇ ὁ μέγας Βασί-  
λειος διεξέρχεται λέγων.  
ζητουῦτες δὲ εἰ ἐκ μόνου τῆς  
ἀγίας πνεύματος ἢ τῶν ἀ-  
γαθῶν χορηγία τὴν δεξιὰν  
λαβῶσα ἔτω παραγίνεται  
τοῖς ἀξίοις, πάλιν ὑπὸ τῆς  
θεῆας γραφῆς ὁδηγούμεθα,  
eis

aut Cyrillū, qui dicit effun-  
di (Spiritum) à Patre & Fi-  
lio. & ferè apud Græcos  
verbum περιέναι, & apud  
Latinos Procedere, eandē  
vim habent; Id quod mani-  
festum erit illis, qui sine af-  
fectu de Patrum scriptis iu-  
dicant. Vbi ergo nos dicti-  
onē processionis pro pro-  
gressionē accipimus, nihil  
obstat, quo minus Spiritū  
S. à Patre & filio procedere  
dicamus: immo vero ut sic  
dicamus maximè necessari-  
um est. Veruntamen ubi  
nos dicimus à Patre & filio  
progredi Spiritum, non mi-  
nus Spiritus largitionis fi-  
lium causam intelligimus quæ  
patrem: sicut in epistola sua  
de essentiæ & substantiæ dif-  
ferentia ad fratrem Grego-  
rium Basilium Magnus ex-  
plicat inquit. Querentes  
item an ex solo S. S. bono-  
rum suppeditatio principi-  
um sumens, sic dignis con-  
tingat, rursus à scriptura  
manu ducimur, ad hoc ut  
suppeditationis bonorum  
C 3. quæ

αἰς τὸ τῆς χορηγίας τῶν ἀγα-  
θῶν τῶν διὰ τῆς πνεύματος  
ἡμῶν ἐνεργειῶν δέχοντων  
καὶ αἰτιῶν, τὸν μονογενῆ Θεὸν  
εἶναι πιστεύειν. παρακατῶν δὲ  
λέγει. ἐπειδὴ τοίνυν πνεῦμα,  
ἀφ' ἧς πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν  
χορηγία πηγάζει τῆς μὲν ἡ  
ἡρτηται ὡς ἀδιασάκτως συγ-  
καταλαμβάνεται, τῆς δὲ τῆς  
πατρὸς αἰτίας ἐξημῶν ἔ-  
χει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπο-  
ρεύεται. ἰδὲ τοίνυν ἡρτηται  
μὲν ἐκ τῆς ἡ καθὸ καὶ ἐξ  
αὐτῆς χορηγεῖται. ἐξῆπται δὲ  
ἐκ τῆς αἰτίας τῆς πατρὸς, ὡς  
ἐξ αὐτῆς λαμβάνει τὸ εἶναι,  
εἴτε τὴν εἰς αὐτῆς ὑπόστα-  
σιν ἡγῶν τὸ ἐκπορεύεσθαι.  
Ὅσον οὖν τὸ διάφορον τῆς  
ἐξῆπται καὶ δέχεται,  
τόσον προόδου καὶ  
ἐκπορεύσε-  
ως.

quæ Spiritus in nobis ope-  
ratur principem & autorem  
vnicentum DEVM esse  
credamus. Et paulò post  
quandoquidem igitur, in-  
quit, Spiritus, à quo omnis  
bonorū contributio in cre-  
aturam scaturit, ex filio de-  
pendet, cum quo insepara-  
biliter comprehenditur: esse  
se verò ex patris causa ap-  
pensum habet, vnde etiam  
procedit. Ecce ergò Spiritus  
ἡρτηται pendet à filio,  
quemadmodum ab illo sup-  
peditatur: dependet autem  
à causa Patre, à quo suum  
esse habet, siue suam substi-  
tentiã, siue à quo procedit.  
Quãtum ergò discriminis  
est inter τὸ ἐξῆπται & δέχεται,  
&c. dependere pende-  
re, tantum inter progres-  
sionem & proces-  
sionem.

F I N I S.



## Corrigenda.


*Th. 10, an. Christi non 4<sup>o</sup>, sed 1360. tametsi  
variè disputari potest de ætate qua vixerit & florue-  
rit maximè Theophylactus. Alij enim 864, Bus-  
cholce, 1027, alij 1360 annum nominant.*

*In quæstione prima lin. penult. legendum pro  
vocabulo Patris, nomen Filij.*

*Cetera æquitati Lectoris sint com-  
mendata.*



1  
Cetera sequuntur Lectoria  
m. l. m.



AB 22 841 (1)


ULB Halle 3  
002 043 793  



Sb.

W19

H. 77







13

ΣΥΖΗΤΗΣΙΣ ΠΙΑ

De admiranda & æterna

SPIRITVS SANCTI

A PATRE ET FILIO

processione in gratiam Iuuen-  
tutis suscepta

codem S. ductore

à

CHRISTOPHORO PELARGO

Theol. D. & Profess.

a. d. 3. Non. Quintil.

*In qua respondere pro virili conabitur*

LEONHARTVS HERMANNVS

TRANSYLVANVS.

Accessit non inelegans nec indocta

Leontij cuiusdam, hæctenus nondum  
edita huius argumenti tractatio.



FRANCOVRTI

Typis Andreæ Eichorns.

Anno M. D. XCII.